

## Tractatus Quintus

permanere. ut lapides et ligna sunt. ergo domus potest esse (**Maxima**) postquam causa materiali. possibile est eius effectum poni. **Exemplum** de materia transiente. ut farina et aqua sunt. ergo panis potest esse. Sed solum tenet negative in materia permanente. ut ferrum non est. ergo arma ferrea non sunt. **Sic** bene sequitur lapides et ligna non sunt. ergo domus non est (**Maxima**) remota causa materiali permanente. remouetur eius effectus. **Sed** ut teneatur in causa materiali transiente debet argui a negatione cause materialis non solum in presenti. sed etiam in preterito ad non esse effectus. ut aqua et farina non sunt nec fuerunt. ergo panis non est (**Maxima**) remota causa materiali transiente pro nunc et toto tempore preterito. remouetur eius effectus.

**Ad** non sequitur ferrum est res naturalis. ergo arma ferrea. quia animus est verum et animus falsus. et tunc arguitur constructiue. **Sic** etiam non est destructiue. ferrum non est res artificialis. ergo cultellus non est res artificialis. **Quod** non bene arguitur sed debet argui respectu huiusmodi. **ibi** est secundum adiacentis. **hanc** autem arguitur in predicatis que ponuntur de animo inter terminum inferentem et terminum illatum

**Queritur** Quid sit locus ab effectu cause formalis. **Respondetur** quod est habitudo effectus cause materialis ad suam causam materiale. **Et** ut constructiue. et destructiue. **Constructiue** in effectu cause materialis permanentes ut ab eorum effectu. ad eorum cause. ut domus est. ergo lapides et ligna sunt (**Maxima**) posito effectu cause materialis permanentis. ponitur eius causa. **Sed** negative debet argui a non esse neque posse esse effectus ad non esse cause materialis. ut domus non est neque potest esse. ergo lapides et ligna non sunt. **Sed** in materia effectus transientis debet argui constructiue ab esse effectus ad fuisse ipsius materie. ut panis est. ergo farina et aqua fuerunt

**Ad** non sequitur cultellus est. ergo ferrum est. quia stat cultellum esse ex calore. **Quod** hic non arguitur ab effectu cause materialis. sed debet sic argui. cultellus ferreus est. ergo ferrum est. et tunc bene valet

**Forma** est. que dat esse rei et conseruat rem in esse. **Locus** a causa formali est habitudo ipsius cause formalis ad suum effectum. **Et** tenet constructiue et destructiue. **Constructiue** sic. albedo est. ergo album est. **Locus** a causa formali. **Maxima**. **Posita** causa formali. ponitur et eius effectus. **Destructiue** sic. albedo non est. ergo album non est. **Maxima**. **Remota** causa formali. remouetur et eius effectus. **Contra** autem est de effectu cause formalis ad suam causam

**Postquam** determinatum est de loco a causa efficiente et materiali. **hic** determinat de loco a causa formali. et ab eius effectu. **Et** duo facit. quia primo diffinit formam. **Secundo** prosequitur de eius locis. **Dictum** primo quod forma est que dat esse rei et conseruat rem in esse. **Et** ponitur ibi (dat) ad differentiam cause materialis. que non dat esse sed potius recipit esse. **Deinde**